Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 1021
Quelle:
Copyright:

matutino dampnatur tempore Christus &c. qui facile *Hildebertinis* adcenseri possunt. Denique ut lectionis specimen dem, en collatam Epistolam I.

Editio:	Codex:
abdicas lectionem	*locucionem*
cum natura non deliberas	Omissum *non*, cum omnibus Mss.
ad superos	*ad celos*
abhorreat Doctor	*abhorreas*
exhibent christianum. Nunc autem	*non exhibent christianum. Hunc autem.* rectius.
Citra profectum proficit	*Citra perfectum* rectius.
totum offerri	*pecus offerri*
suum vovet, sacrificium est	*suum aliquid deo vouet et aliquid non vouet*
nisi publicetur, elabitur	*nisi publicetur, cito elabitur.*

Itaque eo magis audiendum *Codicem* putem, quo propius ad Autoris tempora accedit.

II. *fol.* 41. p. 2. Brevis Observatio de *Syllabis*, quae accentu notandae sint, et mox Ανακεφαλαιωσις longioris Operis in *Cantica Canticor.* hoc initio: *Ut labor noster omnibus fiat fructuosus breui epylogo cuncta repetamus. Hic liber ibi incipit, ubi humanum genus pacem id est gratiam dei per christum recepit.* &c.

III. *fol.* 42. Vocabularium verba hebraica, graeca et minus obvia latina latine, saepe tamen etiam theotisce, explicans, sed, quod dolendum, in litera P. abruptum membranis deperditis. Incipit: *Adam homo uel terrenus. Abel uel pauor uel luctus uel uanus. Abram pater excelsus* &c. Dabo Glossarum theotiscarum, quae semper superlineares sunt, specimen: *Arrab phant. Acinax azger. Alfaltum* (ασφαλτος) *bitumen haz* (Harz). *Arula uas prunarum glutphanna. Attacus hebera* (Graculus). *Ariola huoba. Antempna segelruota. Absintium wermut. Anetum tille. Apium epfi. Acies waffa. Allium clobelouc. Ascolinium* (Ασκαλα, Caepa Ascalonia, Echalote) *assselouc. Alapa orslac. Aulicus boueline uel bouetrut. Aspidiscus uncinus crapho. Anser gans. Aneta auis anith. Auena habero. Aruina smero. Auiarium uogelweida. Adolata* (Dolabra) *bartuo. Allabroz* (Allobrox) *gallus*, ridicule Glossator: *hano. Adulator loser. Allido elido ibc Zecnuse. Aurifrigium* (phrygium) *goltbort. Aurugo gelosocth.* Atque ita multa alia per sequentes Literas.

IV. *fol.* 50. Membranis pluribus, ut supra dictum est, deperditis sequuntur hic extrema Libelli, cujus haec Subscriptio: *Explicit Disputatio De Diaiectica Et*

De